(3)

P. Hugo Sempilii Craig Baithei Scoti e Societate Iesu de Mathematicis disciplinis lib. 11. a cap.e 1.o in explicatione Motus Xisti. V. contra Astrologos dicit sequentia

Inter Theologos agitant multa, quæ ad huius bullæ intelligentiam pertinent. Primum est, an ex astrorum aspectu, non tm tempest.s, sterilitas, & fæcunditas terræ, sed etiam considerando Nativitatis punctu, temperamenta, et propensiones hominum prædici possint post hanc Sixti. V. bullam. Affirmo prædici posse, quia experientia locucentissimis, & probatissimis testimoniis docuit, prædicta scientiæ subjacere. Ita tenent Abbas cap. 2. n.o 7. de sortilegiis Cajet. 22. q.e 95. a. 5. in fine Suarez tom. 1. de Relig.e lib. 2. de superstit.e cap. 11. a n.o 8. ad 11. Salas 1 2.æ q.e 9. a. 5. tt. 5. disp.e 2. sect.e 8. n.o 79. Manuel to. 1. Sum. cap. 7. n.o 13. Thomas Sanchez lib. 2. sum. cap. 38. n.o 24. Nec hoc judicium damnatur in motu proprio Sixti. V. sed tantum quãdo casus a libero arbitrio pendentes prædicunt, ut recté expendit Suarez ubi s.a a n.o 12. Bené tamen monet Suarez, & Sanchez s.a, hanc de temperamento, et inclinatõibus diuinationem conjecturæ, & suspitionis term.os egredi non posse sine temeritatis, imprudentiæ, & mendatii nota

19 2 quæri pot, qua censura dignus sit astrologus, qui judiciá tanquam certa, de actibus humanis a libero arbitrio pendentibus, et casibus fortuitis ferre audeat, et licité fieri posse affirmat. Reo cum Catholicorum communi schola, talem incurrere in hæresis crimen, nec in Hispa

Nia

in Hiſpania ab aliis, quam a Sanctæ Inquisitionis ministris absolui posse, ut ex multis Scripturæ, Sanctorum Patrum, Iuris Canonici, & Ciuilis, & Phylosophorum testimoniis, ac rationibus latissime probant Pereira de Magia toto lib. 3. Nauarra de Restitutione lib. 2. cap. 2. in 1. p. Salas 12æ q.e 9. a. 5. tr. 5. disp.e 2. sect.e 3. a num. 26. Suarez eodem cap. 11. a n.o 13. ad finem Alexander de Angelis contra astrologos. m

20. Tertio discutere placet, an tenuis conjectura de rebus a libertate pendentibus et casibus fortuitis admitti possit.

Dico 1. seclusa bulla Sixti V. in locis ubi non est recepta, hanc tenuem conjecturam ex astris solis admitti posse, nec ulla pœna plectendum astrologum hac de causa; quia conjecturalis cognitio pendentium ex libero arbitrio haberi potest ex astris. Ita videntur sentire D. Tho. 22æ q.e 95. art.o 5. Abbas ubi s.a, Auctores indicis librorum prohibitorum jussu Tridentinæ Synodi, Sairo in claui regia lib. 4 cap. 7. n.o 4. Manuel tom. 1. sum. cap. 7. n.o 3. Cajetanus eodem art.o 5. Valen.a 22æ disp.e 6. q.e 12. puncto 3. colum. 2. Toletus lib. 4 summæ, cap. 15 n.o 6. Martinus de el Rio lib. 4 Disquisitionum Magicarum cap. 3. q.e 1. c.e 2. m

Dico 2. etiam admissa Sixti V. bulla, si semel, vel iterum quis astra inspiceret in suis actionibus judicando rem esse incertam, tunc culpam mortalem non admitteret. Ita Toletus ubi s.a Thomas Sanchez in sum. lib. 2. cap. 38 n.o 31 in fine. Delrius lib. 4 Magic. cap. 3 q.e 1. m

Dico 3. quando non ex astris solis, sed etiam ex aliis cir

custātiis

circumstantijs et causis sumeret hac conjectura probabilis, ut
ex temperamento persone, et alijs ejus actibus, et similibus circum
stantibus esset licita conjectura. Ita tenent expresse Sanchez
in sum. lib. 2. cap. 38 nº 33. in fine, qui pro se citat Suarium
atque Leonardum. Ratº in promptu est, quia talis observatio non
est divinatio, sed providentia: at cum talibus circumstantijs conside
rare astra, tanquam aliquid conducentia pertinet ad astrologiam
naturalem, omnium judicio licitam. ~

21. Sed adhuc ulterius inquiramus, an Mortaliter peccet, qui
ultra casus predictos ex astris probabiliter futura predicit, post
fulminatam Xisti quinti sententiam? Suarez eodem cap. 12
nº 30. videtur hoc ad solum forum externum referre, atque
ita ait presumi in foro externo hos divinatores et verba
addita proferre ad occultandam malitiam. Eadem sen
tire videtur Valencia 22ae. disp. 6. q. 12. puncto 3. colu.
3. versiculo Si autem. Martinus Delrius lib. 4 disquisitio
num Magicarum cap. 3 q. 1. ~ Addit in Suarez in tali
predictione non deesse culpam gravem ratione scandali cum presup
tione juris, et de jure. = Ego contrarium teneo, id in utroque
foro interdici culpamque lethalem incurrere qui ea utitur.
Ita tenet Salas 12ae q. 9. artº 5. tract. 5. disp. 2. sect. 3.
nº 36. et Thom. Sanchez in sum. lib. 2. cap. 38. nº 34. Quia in
motu proprio gravis est prohibitio, et modus divinandi hisce
temporibus reipublica perniciosus exposita multis superstitio-
num periculis et divinatorum prestigijs, ac imposturis. ~

N. 22. Nunc videamus quid de Astrologis judicandum
ante bullam Xisti quinti, qui res occultas sive preteri
tas, sive presentes ut furtum occultum, thesaurum, vir
ginitatem investigant. Dico esse rem superstitiosam
omni jure interdictam. Ita docent Suarius eodem cap.
12. nº 27. Sanchez lib. 2. sum. cap 38. nº 36. et apud
eum Sotus, Salas Emanuel Sa, Navarrus et Delrius
hec enim absque demonis ope sciri nequeunt. atque adeo

in

in cap. 2 . de sortilegiis, quidam qui per astrolabium conatus furem occultum nosce absq intent.e demonem invocandi, damnatus est, tanquam gravissime peccans, ac suspensus est ab altaris ministerio per annum.

Idem Hugo Simplig in eodem lib. 11 cap. 1. n.o 16 . asserit sequentia Concors fuit Astrologorum Catholicorum superioribus saeculis sent.a, astrologum peritum posse futura contingentia etiam a libero arbitrio dependentia probabiliter saltem praedicere illaeso libertatis dominio: quia constat innumeris, & manifestis experientiis caelum influere primas qualitates nempe calorem, frigiditatem, humiditatem siccitatem, & consequenter secundas a primis ortas, & in quibus temperamentum humanum consistit, et cum ut plurimum mores sequantur temperamentum ut probat Galenus, astipulaturq quotidiana experientia inde sequitur astrologum in caelesti scientia versatum posse temperamentum propensiones, imo & actus liberos futuros enunciare.

Hanc astrologorum petulantiam inter catholicos cohibuit summus Pontifex Xistus quintus ut intolerabiles abusus, divinantium imperitiam, & imposturam, ne licitos scientiae fines transilirent. Et summo reip.e Christianae et orbis universi bono prohibuit, ne in posterum quisq etiam probabiliter de futuris contingentibus liberis disputaret ut p.z ex bulla sequenti